



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll J1 [previously I1] (recto)

Part 1

[Wednesday] 22 Oct 1572

Manerium  
de Dulwich

I.1

Vicus Fraunci plegii cum Curia barronis Nicholai Calton ibidem tenta Die mercurij videlicet vicesimo secundo die Octobris Anno regni Domine nostre Elizabethae Dei gratia Anglie Frauncie et Hibernie Regine Fidei defensoris &c Quarto decimo / .

Essonia Daniell[sic, Samuel] Dove , Johanne Webster , Michael Newett , Alexander Sely .



iiijd

ijd

ijd

ijd

Homagium presentant quod Matheus Draper generosus Johannes Badgerson Robertus Badgerson Johannes Dally Thomas Swayne sunt tenentes huius manerij et fecerunt Defaltam ideo in misericordia Domini prout patet super eorum capitibus

Homagium presentant quod tres oves albe venerunt de extratta infra Dominium istud quarum Due vocate Wether shepe et alterus vocatus a Ramme precii vj<sup>s</sup> viij<sup>d</sup> et nunc remanent in manibus et possessione cuiusdam Xpoferi Curson Una ovis vocata a Weather shepe erit annunciata et[sic, in] Die apud festum annunciacionis beate Marie proxime futurum , et alie Due Die Jovis in septimana Pentecostes proxime future / . / .

Ordinatum est per Homagium predictum quod Thomas Longe mundaverit fossam suam inter domum suam et Ashpole end proxime futurum continentem per estimacionem triginta rodas, ante festum Sancti Philippi et Jacobi  $\wedge$  sub pena forisfacture o-----xxx<sup>s</sup> .

Ordinatum est per Homagium predictum quod Willelmus Dalton mundaverit fossam suam vocatam Newlandes Dich continentem per estimacionem quatuordecim Rodas ante predictum Diem sub pena forisfacture o----- xiiij<sup>s</sup> .

Item ordinatum est per Homagium predictum quod Willelmus Kippinge mundaverit fossam suam vocatam Newlandes continentem per estimacionem quatuor roddas et quod faciet eandem fossam latitudine quatuor pedes et de profunditate tres pedes ante predictum diem sub pena forisfacture o-----iiiiij<sup>s</sup>

Item ordinatum est quod Johannes Mathewe mundaverit fossam suam vocatam Newlandes in predicta latitudine et de profunditate ante predictum Diem sub pena forisfacture o-----x<sup>s</sup>

Item ordinatum est quod Richardus Shott mundaverit fossam suam vocatam the acre et quod faciet eandem fossam in predicta latitudine et De profunditate ante predictum Diem sub pena forisfacture o-----x<sup>s</sup>

Inventum est per homagium quod Guy Hunt fuit tenens Domini huius manerij .

Afferatores {  
o Johannes Dove  
o Christoferus  
o Johannes Curson

# Dulwich

**Curia barronis** Nicholai Calton tenta *ibidem* Decimo sexto Die mensis Februarij Anno regni  
Domine nostre Elizabethæ Dei gracia Angliæ Fraunciæ et Hiberniæ Regine fidei Defensoris &c. Decimo quinto #

Sectatores qui apparuerunt

Johannes Crofte	Henricus Knighte
Johannes Dove	Richardus Wright
Thomas Ode	Thomas Longe
Walterus Bone	Christoferus Custons

\* these are 'men of straw', and fictional

**Ad hanc** curiam venit Arnoldus Hunt et queritur Versus Richardum Wyth armigerum Matheum Draper et Johannem Hunt Yeoman de placito terre videlicet de Decem acris pasture customarie cum pertinenciis in Dulwiche infra iurisdictionem huius curie et facit protestacionem sequi querelam suam predictam in forma et natura brevis Domine Regine de avo ad communiem legem secundum consuetudinem manerij predicti et invenit plegios de prosequendo querelam suam videlicet Johannem Dent\* & Richardum Gent\* et petit processum ei inde fieri versus prefatum Richardum Withe Matheum Draper et Johannem Hunt secundum consuetudinem manerij predicti et ei concedit<sup>ur</sup> ideo secundum consuetudinem manerij preceptum est Henrico Huscrofte ballivo manerii predicti ac ministro curie predicte quod sommonebit per bonos summonitores predictum Ricardum Wythe Matheum Draper et Johannem Hunt quod sint coram Senescallo manerii predicti ad proximam curiam manerij predicti apud manerium predictum tenendum ad respondendum prefato Arnoldo Hunt De predicto placito et idem Dies Datus est prefato Arnoldo Hunt ad quem Diem predictus Henricus Huscrofte retornebit mandatum predictum in forma sequente servitium videlicet

Responcio Henrici Huscroft ballivi *ibidem*

Virtute istius precepti mihi Directi sommonecionem feci predictum Ricardum Wright[sic, should be Wythe, Wyth, or Withe] Matheum Draper et Johannem Hunt prout istud preceptum in se exigit et requiret<sup>ur</sup>

\* two more 'men of straw'

Sommoniti

Ricardus Den*
Johannes fen*



Et super hoc **predictus** Arnoldus per **[blank]** Cardiffe atturnatum suum petit versus Richardum Withe armigerum Matheum Draper et Johannem Hunt Decem acras terre customarie **predicte** cum **pertinenciis** in Dulwich tentas De Domino huius Manerij ut De Manerio suo De Dulwiche ad voluntatem Domini **secundum** consuetudinem Manerij **predicti** de quibus Guido Hunt avus **predicti** Arnoldi cuius heres ipse est fuit seisitus in Dominico suo ut De feodo ad voluntatem Domini **secundum** consuetudinem Manerij **predicti** Die quo obiit &c. Et quod tales **habetur** et a tempore cuius **contraria** memoria **hominum** non existit habebat<sup>ur</sup> **consuetudo** infra manerium **predictum** quod quandocumque aliqua **persona** seisitus existit in Dominico ut De feodo ad voluntatem Domini **secundum** consuetudinem Manerij **predicti** De aliquibus messuagiis terris seu tenementis cum **pertinenciis** tentis de eodem manerij ad voluntatem Domini **secundum** consuetudinem Manerij **predicti** et habuit Duos vel plures filios et De tali statu suo obiit **inde** seisitus que **predicta** messuagia terre et tenementa cum **pertinenciis** iure hereditario **Discendunt** et a tempore cuius **contraria** memoria **hominum** non existit **per** consuetudinem manerij illius **Discenderunt** et **Descendere** consueverunt minori filio illius **persone** qui obiit seisitus in forma **predicta** **habendum** et tenendum eadem terras et tenementa eidem filio minori et heredibus suis ad voluntatem Domini **secundum** consuetudinem manerij **predicti** et unde Dicit quod **predictus** Guido avus &c. fuit seisitus De **predictis** Decem acris terre cum **pertinenciis** in Dominio suo ut De feodo tempore pacis tempore Domini **Henrici** nuper Regis Anglie octavi post conquestum **capiendo** **inde** **explicias** ad **valenciam** &c. et De ipso Guidoni **Discendit** ius **secundum** consuetudinem manerij **predicti** isti Arnoldo ut consanguineo et heredi **predicti** Guidonis **videlicet** filio minori **Willelmi** Hunt filii minoris **predicti** Guidoni Hunt &c. De quibus &c. et **inde** **producit** sectam &ceteris --/-- ----/-----

Part 3

[Monday] 13 Apr 1573

Dulwich


**Vicus** **Fraunci** plegii cum Curia barronis Nicholai Calton tenta **ibidem** xiiij<sup>o</sup> die Aprilis anno

regni **Domine** nostre Elizabethae Dei **gracia** Anglie **Frauncie** et Hibernie Regine fidei Defensoris &c. Decimo

quinto

Essonia

Xpoferus Crofte, Henricus Knight, Johannes Dalye, Richardus Farrant, Thomas Eston, Johannes Croffte, Richardus Tuckey essoniaverunt



Tres servi iurati fuerunt se esse veros subditos Dicte Domine  
 Regine quorum nomina sequuntur Videlicet

- Johannes Bogerson
- Johannes Eston
- Richardus Eston

iijs<sup>d</sup> iiij<sup>d</sup> vj<sup>d</sup> viij<sup>d</sup> iiij<sup>d</sup> iiij<sup>d</sup>

Defaulte

Homagium presentat quod Matheus Draper generosus, Johannes Webster, Thomas Swayne, Richardus et Willelmus servi  
 magistri Wodsalles, Edwardus servus magistri Sollye fecerunt Defaltam ideo in misericordia Domini prout patet in eorum capitibus .

iiij<sup>d</sup> iiij<sup>d</sup>

Presentant quod Johannes Bedell et Simon Bedell adducebant vaccas suas super communies istius manerij, et ibi illis pabulum  
 dederunt, et predicti Johannes et Simon fuerunt tenentes manerij de Penge in parochia de Battersey ideo in misericordia Domini prout &c.

xij<sup>d</sup> xij<sup>d</sup> xij<sup>d</sup> xij<sup>d</sup>

Presentant etiam quod Richardus Johnson Thomas Wood Johannes Holden Johannes Bedell succiderunt arbutos vocatos  
 crabtrees super communies manerij istius ideo in misericordia Domini prout patet in eorum capitibus .

Ordinatum est per homagium quod Alexander Sely removebit Sepem suam de terra Domini vocata  
 Woodsere continentem per estimacionem Decem rodas ante festum Sancti Johannis Baptisti proxime futurum sub pena forisfacture } x<sup>s</sup>

Ordinatum est etiam per homagium predictum quod Henricus Hunter faciet fossam suam a crofto Ricardi Scott[sic, Shott] usque ad Newlandes  
 et faciet Latitudine tres pedes et altitudine Duos pedes ante festum omnium Sanctorum proxime futurum sub pena forisfacture c---iijs<sup>s</sup> iiij<sup>d</sup>

Constabularii electi	{ Richardus Shott Henricus Dove	Hedborough Johannes Hethe Aleconner Johannes Lowes	Afferatores	{ Richardus Shott Robertus Brokesbie
----------------------	------------------------------------	---	-------------	---

[End of J1 [previously I1] (recto). J1 [previously I1] (verso) follows below :]

Roll J1 [previously I1 (verso) N.B. This section is later than Roll J2 [previously I2] (verso).

Part 4 [Tuesday] 13 Oct 1574

Dulwich Vicus Fraunci plegii cum Curia barronis Nicholai Calton generosi tenta ibidem decimo tertio  
Die mensis Octobris anno regni Domine nostre Elizabethae Dei gracia Anglie Frauncie et Hibernie  
Regine fidei Defensoris &c. Decimo sexto . / .

Johannes Crofte Thomas Ode Johannes Mathewe Henricus Dove	} Jurati	Xpoferus Curson Thomas Longe Walterus Bone Johannes Lewes Thomas Feringe	} Jurati	Johannes Lewes Lawrencius Austen Willelmus Dalton Richardus Mathewe	} Jurati
--	----------	--	----------	--	----------

Johannes Webster sursum reddidit in manus Domini per manus Xpoferi Curson et Willelmi Dalton tenentium  
huius manerij omnia tenementa messuagia terras prata pasturas omnia hereditamenta sua quecumque infra Jurisdicionem huius Curie ad  
solum et proprium opus et usum Nicholai Calton heredum et assignatorum suorum imperpetuum habendum et tenendum omnia  
et singula premissa sibi et heredibus suis imperpetuum .

\* two more 'men  
of straw'

Johannes Dove generosus querit<sup>ur</sup> versus Dunstanum Turner De placito Transgrecionis sub casu & Demaundam  
xiiiij<sup>s</sup> in consideracione Dimissionis de octo acris terre & bosci facte per prefatum Johannem Dove prefato Dunstano pro  
uno anno reddendo ad festum Sanc<sup>ti</sup> Michaelis ultimo preteritum finiti et adhuc insoluti ad Damnam ipsius Johannis  
xx<sup>s</sup> & inde producit sectam et invenit Plegios de proseguendo Johannes Doo\* et Richardus Roo\* &ceteris et petit  
processum ei fieri versus prefatum Dunstanum erga proximam Curiam et ei concedit<sup>ur</sup> .

x<sup>s</sup>

ij<sup>d</sup>

ij<sup>d</sup>

Homagium presentant quod Matheus Draper generosus , Thomas Salter , Richardus Raymond fecerunt Defaultam  
ideo in misericordia Domini prout patet in eorum capitibus .

Presentant etiam quod Walterus Yonge de Sowthlambeth cum Decem alijs nocte retia in stagno vocato  
le Launnes ponnde injciebant sed quot pisces capiebant nesciebat[sic], et preterea predicti piscatores  
vigilatores eiusdem ville & manerij Disturbabant et Ulterius quod predictum stagnum pertinet ad ipsum manerium  
pro Usu tenentium et factum per tenentes, super communiem et Vastam huius manerij / . /

Presentant etiam quod Thomas Croft & Thomas Wood per plateam pretereuntes unus cum falce vocata a bille  
alter cum bidente vocato a pitchforke aspicientes pisces in aqua in stagno predicto eos fere ad necem percutiebant  
at cum eos semimortuos capere non possent, exorabant Thomam Longe aquam intrare qui intravit  
et eos manibus ad terram eijciebat et in Duas partes predictis Thome & Thome Distribuebat

xij<sup>d</sup>

xij<sup>d</sup>

xij<sup>d</sup>

xij<sup>d</sup>

xij<sup>d</sup>

Presentant etiam quod Johannes Heathe, Johannes Shott, Willelmus Dalton, Robertus Nelson, Richardus Shott  
succiderunt arbutos vocatos crabtrees propter inhabitantes De Wimbleton et ad eorum Usam ideo in  
misericordia Domini prout patet in eorum capitibus .

Presentant etiam quod Henricus Huscrofte, Thomas Easton , Walterus Lewes , Johannes Rocke , Willelmus  
Bugbeard Luserunt apud quoddam certamen illicitum vocatum Loggettes contra formam statuti in huiusmodi  
casu provisi & editi ideo quilibet eorum forisfacture Domino huius manerij .



Homagium presentant quod Katherina Wright filia et coheres Richardi Wright est sexdecim annos nata,  
 Item quod Elizabeth Wright est Decem annos nata .  
 Item quod Agnes Wright est septem annos nata .  
 Item quod Maria Wright est quatuor annos nata .  
 Item quod Helena Wright est tres quarterios anni nata .

Homagium presentant quod Thomas Eston in Una atque eadem Domo simul habitabat cum uno habitantium  
 huius Manerij contra consuetudinem et ordinem inde provisum et editum ideo in misericordia Domini  
 Presentant etiam Walterum Lewes , Robertum Nelson , Robertum Bager , Richardum Ferror , Richardum  
 Raymond , Richardum Mathewe pro consimili ideo in misericordia Domini

Constabularius electus . Johannes Mathewe . Juratus

Hedborwes { Johannes Shott  
 Willelmus Kippinge } Jurati

Alecuner Henricus Hunter

Afferatores { Johannes Mathewe  
 Henricus Dove

[End of Roll J1 [previously I1], apart from, at the bottom, upside down :]

Anno 14<sup>to</sup> q.  
 Elizabeth to  
 Anno 16<sup>th</sup>

1572  
 57

*Rowll from the 14 to the 16 of Elizabeth  
 by Nicolaus Calton*

*Walter boan*

**Roll  
 I-1-2**